

missa requisitum, sic eius iuramento medio, quod prius in eius creatione corporaliter praestitisset, dixit per expressum, quod utique inter cetera puncta erectionis et institutionis beneficiorum huiusmodi praefatus dominus Martinus Schindel erector beneficiorum huiusmodi expresse posuisset voluisset et dixisset, quod utique praefati domini Steffanus, magister Heinricus ceterique sui primi electi nominati praesentati ac instituti ad huiusmodi sua beneficia per eum erecta omnino deberent esse liberi et exempti a personali residentia, a personali procuracione et regimine praedictorum beneficiorum ipsique etiam libere possent beneficia huiusmodi permutare iuxta eorum liberum arbitrium quantum ad eos tempore quo ipsi vel eorum aliquis esset in humanis, et si illud clare et patenter in instrumento super testamento ipsius domini Martini et erectione beneficiorum confecto non esset positum, hoc ex inadvertentia scribentis obmissum esset, sed praemissa sibi notorie constarent. Super quibus omnibus et singulis praemissis praememoratus dominus Steffanus sacrae theologiae professor una cum magistro Heinrico Stendal me notarium publicum subscriptum debita cum instantia requisierunt, quatenus ipsis super iis unum vel plura conficerem instrumentum vel instrumenta. Acta sunt haec anno indictione mense die hora pontificatu et loco quibus supra praesentibus ibidem honorabilibus viris domino Caspar Springman presbytero, Georgio Walteri de Senfftenberg Misnensis diocesis ac Johanne de Monte de Traiecto Leodiensis diocesis clericis testibus ad praemissa vocatis rogatis debiteque requisitis.

Et ego Petrus de Harra clericus Bambergensis diocesis publicus
 Signum notarii. sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 358. 1462. 5. Juli.

Verbot des Wehretragens.

Am montage noch Visitationis Mariae sint die rete alle dry eins wurden, das keyn burger innwaner hantwercks geselle addir ander knecht vnde dyner, auch buwer vnde andere die in die stat kommen messir noch sweert noch ander mortliche were tragen sollen tages adder nachts zcu keyner czit; wer daweddir tut, der sal dem rate XX gr. zcubusße gebin vnde das messir adder swert darczu verloren haben.

Nach dem Rathsbuch fol. 64^b im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 359. 1462. 24. Aug.

Bürgermeister und Rath berichten an P. Pius II. über das Auftreten, den Verkehr und die Erfolge des weil. Bruder Johannes von Capistrano in der Stadt Leipzig.

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Pio divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici, domino nostro reveren-